Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Cantores duo sunt magistri in
choro. unus in dextro. alter in
sinistro. Ex eo quod de aduen
tu dñi incipit. de oratione crucis
non dicantur antiphone. neq;
ad uesperam. neq; ad matutinas.
usq; ad octabam epiphanie. de
inde dicantur usq; ad cap̄ ieiu
nii. rursus cessetur de his. usq;
ad resurrectionem domini.
Gloria in excelsis dō non cante
tur nisi dominica die. & ubi ple
num officium agi debeat. Incipiunt. Capitula.
Libri tercii.

De signis quibus congregamur
in idipsum. De situ ecclesie. De su
per humerali. De uestimentis tes
tamenti ueteris. De introitu
episcopi ad missa. De cereis. De
alba. De cingulo. De stola. De dal
matica. De casula. De sudario. De
pallio. De duodecim lapidibus.
De uarietate sanctalio scandaliorum.
De uestimentis. De gloria in excel
sis deo. De prima oratione misse.
De exspoliatione casularum. De
diaconi ascensione in tribunal.
Requies dñi in sepulchro. De p̄
sentatione sub diaconorum cū
patena. De agnus dī. De eucha
ristia. De parte oblate que re
manet in altari. De benedicti
one. Breuis expositio
Misse.

Signorum usus a ueteri
testamento sūptus est.
Scriptū est enim in libro nume
rorum. Locutus est dñs ad mo
ysen dicens. Fac tibi duas tubas
argenteas ductiles. quibus con
uocare possis multitudinem.
Per duas tubas exercitus duci
tur. quia p. ii. precepta karita
tis. ad procinctum fidei populus
uocatur. Que iccirco argentee
fieri precipiuntur. ut predica
torum uerba lucis nitore pate
ant. & auditorum mentem nul
la sui obscuritate confundant.
Iccirco autem ductiles. ut hi
qui uenturam uitam predicant.
tribulationum presentium.
tunsionibus crescant. Audiui
mus clangorem tubarum. in re
cordatione dī nostri resonare.
Signum nr̄m ex metallo eris est.
es est metallum durabile & sonorum.
Habet idem signum interius plec
trum ferreum. quo tunditur.
ut audiatur. ora predicatorum
significans noui testamenti. que